



1798.

\*  
1. Bor

ord

me

\*  
2. Hart

95

rech

Hu

\*  
3. Hage

Prag

21

\*  
4. Bloem

Respo

deca

ann

de

\*  
5. Tiffn

et 91.



1798, 11.  
12.

HISTORIAE  
IVRIS CIVILIS ROMANI  
DE REBUS EORVM  
**QVI SVB TVTELA VEL CVRA SVNT**  
SINE DECRETO  
**NON ALIENANDIS VEL SVPPONENDIS**  
SPECIMEN PRIVS

---

SCRIPSIT  
ET  
ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
**D. CHRIST. GOTTL. HAVBOLDO**  
SVPREMAE CVRIAEC PROVINCIALIS ADSESSORE IVRIS  
SAXONICI PROF. PVBL. ORD. ACAD. ELECT. MOGVNT  
SCIENTIAR. UTILIVM SODALI  
D. XX. SEPT. A. C. cccclxxxviii  
AD DISPVTA NDVM PROPOSVIT  
**GODOFREDVS GVLIELMVS HERMANNVS**  
LIPSIENSIS

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA SAALBACHIA



HISTORIA  
IVRIE, CIVITATIS ROMANI  
DE REGISZ FORVM  
QVI SAB. TAUER. AET. CARY. SUNT

NON VINCUNDIS AET. SACHONENSIS  
SINE DECRETO

EST CLOTHITIUM FORTISSIMUM

CROSSO CLOTHIUM ALTISSIMO

IVRIE, CLOTHIUM ALTISSIMO

IVRIE, CLOTHIUM ALTISSIMO

D. CHRIST. GOTTL. HABOEDO

SACERDOTVS CATH. PRO MONTAENS. VERSIBVR. DIAVR.

SACERDOTVS PRO BELL. ORB. ACAD. ELL. MOD. I.

SCIPIONE LUTHER. SODALI.

AD DECIMAVANUS. TOT. QVAT.

GODFREDAS. GARNETIAS. HERMANNAE

EX OFFICINA ZEUSIACI



V I R O

MAGNIFICO PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

IVRIVM CONSVLTISSIMO AMPLISSION DOCTISSIMO

CAROLO GVILIELMO MVILLERO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE IN REBUS BELLICIS A CONSILIIS SANCTIORIBVS CIVITATIS LIPSIENSIS  
CONSULI EIVSDEMQUE SCABINATVS ADSESSORI

P A T R O N O

MAXIMA REVERENTIA

COLENDO

9190

ALVANUS RICARDUS DE COCCHIA  
HABITACIO MAGNIMO THETRARI ALIENIUS COTISSIMO  
LARUM RICARDIUS DE COCCHIA  
CAROLO GAETANO MULIERO  
CONSTITUTUS SCIRPATAA DISSEMINI  
ALVANUS RICARDUS DE COCCHIA  
HABITACIO MAGNIMO THETRARI ALIENIUS COTISSIMO  
LARUM RICARDIUS DE COCCHIA  
CAROLO GAETANO MULIERO  
CONSTITUTUS SCIRPATAA DISSEMINI

9191

ALVANUS RICARDUS DE COCCHIA

GOERDO



12.

VIRO

MAGNIFICO PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

IVRIVM CÖNSVLTISSIMO AMPLISSION DOCTISSIMO

CHRISTIANO GODOFREDO  
HERMANNO

VTRVSQUE IVRIS DOCTORI SVPREMAE CVRIAET PROVINCIALIS ET SCABINA-  
TVS LIPSIENSIS ADSESSORI EIVSDEMQUE CIVITATIS CONSVL

PATRI INDVLGENTISSIMO

VIRIO

MAGNUSCO PIRITAS TRI RECETTENISSIMO

IARIA CONSULTISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMO

CHRISTIANO GODOTREDO

HERMANNO

ALVARES DE IARIS DOCTORI SARCEMVS CARIE PROLINCIVELIS ET SOLEMNI

IAS TESINIS DISSESSORI EISDENOMA CIVITATIS CONSULAT

PATRI TUDALGENISSIMO

GODOTREDO CHRISTIANO HERMANNO

12.

H V N C

L I B E L L U M A C A D E M I C U M

O B S E R V A N T I A E   E T   P I E T A T I S   C A V S S A

D I C A V I T

G O D O F R E D V S   G V I L I E L M V S   H E R M A N N V S



GOETHEADS CHATSWAS HERMANNA

OBSEERVANTIAE ET LIBRARIATIS CASA

LIBELLA ACADEMICAY

HANC

EX LIBRIS

PRO LIBRARIIS

ACADEMIA

LIBERALIA

ACADEMIA

LIBERALIA

ACADEMIA

LIBERALIA

ACADEMIA

LIBERALIA

ACADEMIA

LIBERALIA



HISTORIAE  
 IURIS CIVILIS ROMANI  
 DE REBUS EORVM  
 QUI SVB TUTELA VEL CVRA SVNT  
 SINE DECRETO  
 NON ALIENANDIS VEL SVPPONENDIS  
 SPECIMEN PRIVS

## CAPVT I.

AVS VETVS

§. I.

**Q**uae in Romanorum moribus ac scitis reperiuntur humanae infirmitatis auxilia, quoad rerum, quibus pupillorum, minorum, similiisque personarum fortuna et salus continentur, alienandarum regimen spectant, pro varia tum dominorum, quorum patrimonium minuitur, tum eorum, qui minuant, conditione summi opere differunt. Cuius discriminis obseruatio in primis sollicitum tenebit eum, qui in uestigandis iuris illius initis ac progressibus operam ludere nolit. Itaque, vt a pupillis exordiatur narratio, efficerunt sane et mancipationis, quum in aliis negotiis, tum maxime in rerum mancipi, quibus inde ab antiquissimis temporibus nobilior

A

rei

rei familiaris portio cerneretur, domino Quiritario sine mora transferendo, apud Romanos sollemnibus, indoles, et auctoritatis, a tutoribus in causa paulo graioribus, quae soli pupillorum, licet infantiam egressorum, iudicio tuto committi non possent, interponenda necessitas, cuius originem, praeeunte Io. Theoph. Segero a), ad prudentum interpretationem, forique disputationem retulerim, ut mature inuafesceret regula: ipsum quidem papillum, nisi tutor auctor factus esset, de bonis suis nec tantillum recte alienare. Nam quemadmodum ad ea, quae sollemnitatem iuris desiderarent, explicanda pupillus, dummodo infantiae annos excessisset, tutoris auctoritate vniuerse opus habuit b): ita a mancipatione celebranda abesse tutor tanto minus potuit c), quo certius constat, veteres eam inter actus legitimos connumerasse d). Hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritatem pupillis fuisse necessariam, Vlpianuse e), locupletissimus ille iuris prisci testis, disertis verbis confirmat. Quum enim semel placuisse, infantem nihil plane agere posse, sed omnia pro illo explicare tutorem f); maiorem autem infantia saltem id iure non agere, quo conditionem suam redideret deteriore g): facile hinc consequutum est, nec distraherunt rerum, cuiuscumque generis essent aut pretii, facultatem in pupillum

a) Segerus *Diff. Historia iuris factiois, praesertim apud Romanos, Rom. liberae reip. de intelis et curatio-* cap. 3. §. 12. p. 80. sq.

nibus §. 9. in Opusc. Vol. I. p. 101. d) L. 77. D. de R. I.

fqq.

b) L. 19. D. de Auctorit. tut.

c) Vid. Alb. Dieter. Trekelli *Tr. tut.*

de origine atque progressu testamenti g) Pr. I. de Auctorir. 102.

3

solum, tutoris consilio constitutum, conuenire. Idem vero ius iam libera republica obtinuisse, praeter A. Ofilius responsum, quod Pomponius <sup>b)</sup> commemorat, probat in primis exemplum, quo Cicero <sup>i)</sup>, ut, quaenam dissimilium vis sit in argumentando, doceret, vhus est: non, quemadmodum, quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutorе auctore soluisti; ita, quod aut pupillae, aut pupillo debeas, recte possis eodem modo soluere. Quae enim per solutionem extinguitur obligatio, quin a creditore alienetur, ut cetera nunc taceant testimonia, dubitare nos haud patitur Theophilus) interpretatio: ἀρεὶ δὲ ὁ δεbi-tor (qui pupille soluit) ἐλευθεράται τῆς ἐνοχῆς; λέγουσεν, ὅτι οὐδὲ μᾶς. εἰ γὰρ εἴπαμεν ἐλευθεροῦσθαι τὸν χρεώστην, εἰδόκεται ἐκποιῶν τὴν ἐνοχὴν ὁ ποιύιλλος, εἰς ἣν λαμβάνει τὸ χρέος sine tutoris auctoritate, ὥπερ πεκάλυται. Neglecta vero tutorum auctoritate quemadmodum ipso iure nulla fuit patrimonii diminutio a pupillis tentata <sup>f)</sup>; ita nec opus visum est, ut in integrum restitutionis auxilio, tunc in primis, si nulla alia actio suppeteret, prodito <sup>m)</sup>, aetatis imbecillitate citra tutoris auctoritatem lapsi adiuuarentur. Itaque, vt recte atque ex ordine dominio rerum suarum pupillus, qui tam fari posset (nam infantis negotia a solo tutorе explicari confluuerunt), sese abdicaret, auctoritas tutoris adhiberi debuit, nisi hic, vt qui, quantum ad prouidentiam pupillarem pertineret, do-

<sup>b)</sup> L. 4. D. de Auctorit. sur.

rit. int. L. 1. D. de Rescind. vendit.

<sup>i)</sup> Cicero Topic. c. II.

L. 13. §. 29. D. de Action. emti ex

<sup>k)</sup> Theophilus Paraphr. rit. I. vend. L. 8. D. de Adquir. vel omitt.

Quib. alien. lic. §. 2. T. I. p. 313. hered.

<sup>e)</sup> Reitz.

<sup>m)</sup> L. 16. pr. D. de Minor.

<sup>l)</sup> L. 5. §. 1. L. 9. D. de Auctō.

4

mini loco esset n<sup>o</sup>), alienatione solus defungi mallet o). Alterutro autem administrationis modo electo quemadmodum alienatio summo iure rata fuit, nisi fines administrationis tutor manifeste excessisset, quo facto nihil actuū fuisse infra probabimus: ita, laesioni forte exinde natae reparandae via maxime duplex patuit: altera, vt pupilli cum tutorē ipso, qui quid negligentius vel adeo dolo mālo gesisset, tutelae iudicio experiretur p), altera, vt in integrum se restitui aduersus patrimonii iacturam, quam fecisset, posceret q).

Quod enim Lege Laetoria, A. V. C. CCCCLXXX. vt putant, lata adolescentibus dolo circumuentis indultum fuerat restitutionis beneficium r), hoc ipso, de quo loquimur, aēuo etiam ad cetera siue impuberis, siue minoris aetatis damna a Praetore propagatum est s). Ceterum peculiarem formam habuisse videtur manumissio, quam et ipsam in alienationum numero ponere veteres non dubitauerunt t). Qua quamquam pupilli soli, teste Vlpiano v), non magis defungi potuerunt, quam ceterarum rerum alienatione: tamen natura manumissionis, quae administrationis officio minus visa est continerix), effecit,

n) L. 27. D. de Administr. iur. Hier. Herzeri Diff. ad Legem Laetor. L. 7. §. 3. D. Pro emt. L. 56. §. 4. D. de Furt.

o) L. 1. §. 2. D. de Administr. et Christ. Gottl. Bieneri, Viri III., zur.

p) L. 1. §. 2. D. de Tuel. et ration. diffrab.

q) L. 47. pr. D. de Minor.

r) Cicero Lib. III. de Nat. Deor. c. 30. Lib. III. de Offic. c. 15.

s) L. 1. D. de Minor. Conf. Io. L. 13. D. de Manumiss.

t) L. 9. §. 1. D. de Auctorit. iur.

u) Vlpianus Fragm. tit. I §. 17.

v) L. vlt. D. de Curat. furios.

effecit, ut tutori ipsi eam peragere plane non licet); Lex vero Aelia Sentia, ut ne tutoris quidem auctoritas ad eam explicandam sufficeret, sed causae praeterea cognitione et vindictae sollemnitate opus esset; libertatis denique fauor, ut in integrum restitutionis spes ex hoc negotio prorsus exsularet.

## §. 2.

A pupillis ad mulieres, quas non minus constat tutelae, eidemque perpetuae, obnoxias fuisse, paullisper digrediatur oratio, non, quod eas in rerum suarum alienatione pari prorsus conditione vas esse existimemus, aut ius nouum, quod in proximo capite explicabitur, etiam circa tutelam seminarum aliquid innouasse, pro certo adfirmare velimus, sed quod passim eas hac in re cum pupillis comparari intelligamus. Amplius autem mulierum, quam pupillorum, in hoc genere fuisse arbitrium, ex Vlpiani maxime, ad quem supra prouocauimus, loco a) satis liquet. Ait enim: tutoris auctoritas nec farraria est mulieribus quidem in his rebus, si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuite negotium gerant, si libertae suas permittant in contubernali alieni serui morari, si rem mancipi alienent. Pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tu-

A 3

toris

y) L. 6. C. Qui manumittit, non missione seruorum apud Rom. c. I.  
poff. Nec consensus pupilli, ipsa §. 3. p. 147. vifum est.  
Lége Aelia Sentia impediti, supplere z) d. L. 9. §. 1. D. de Auctorit.  
potuit id, quod tutoris arbitrio per tuz. L. 24. D. de Manum vind.  
negotii naturam deerat; secus, ac a) L. 9. §. vlt. D. de Minor. rot.  
Iac. Caiacio Lib. XIII. Obs. 33. et tit. C. Si aduers. libert.  
Guilielmo a Loon Lib. III. de manu- a) Vlpianus Fragm. tit. XI. §. 27.

*toris auctoritate opus est.* Ad quod pupillorum et mulierum discimen  
respexerunt procul dubio Cicero b), et, qui hunc ante oculos habuit,  
Quintilianus c). Praeterea, quod eadem occasione Vlpianus d) mo-  
nuit, id quoque inter mulierum et pupillorum pupillarumque tutores  
interfuit, ut hi et negotia gererent, et auctoritatem interponerent,  
illi dumtaxat hanc adcommodarent; ne plures vtriusque tutelae dif-  
ferentias commemoremus, quas Eu. Otto e) diligenter examinavit.  
In ipsis autem alienationis speciebus, quas mulieres solae minus  
reste explicarent, praeter mancipationem fuerunt in primis dotis  
dictio f) ac manumissio g); siquidem, quam tertio loco Otto h) ad-  
didit usucacionem, vix huic censui adscribendam esse existimamus.  
Quamquam enim is, qui patitur usucapi, tantum non semper alienare  
videtur i), et reapse Cicero k) ad Atticum scriptit: *de tu-  
tela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse,*  
quem locum non cum plerisque l) de impuberis, sed simili, qua ali-

bi

b) Cicero *Topic. c. II.*b) Otto *Diss. land. c. I. §. 14.*c) Quintilianus *Lib. V. Instit. p. 213.*

i) L 28. pr. D. ad V. S.

orat. c. 10.

k) Cicero *Lib. I. ad Attic. ep. 5.*

d) Vlpianus d. z. §. 25.

l) Veluti cum Franc. Balduino

e) Otto *Diss. de perpetua feminina-  
rum tutela c. I. §. 9. sqq. in Dissertat. Commiss. ad §. 10. I. de Usucap. Adv.*

Puluae Lib. sing. ad L. Asiniam c. vlt.

iunctim edit. p. 206. sqq.

(in Triga libellerum, quibus iura

f) Cicero *pro Flacco c. 35. pro  
Caecina c. 25. Vlpianus Fragm. tit. XI. §. 20.*

usucacionum illustrantur, a Franc.

g) Vlpianus *Fragm. tit. I. §. 17.* Fernandez de Retes *Soleit. succis. ad  
Fragmentum veteris Iurisconsulti de Leges, Edicta, Principumque con-  
iuris Speciebus et de manumissionibus*

Car. Conradi edita p. 118.) Ios.

§. 17. pag. 30. sq. ed. Roeuer.

Fernandez de Retes *Soleit. succis. ad**Thes. iur. Meerm.*

bim) Tullius v̄sus est, loquendi ratione moti, de adultas feminas tutela interpretamur n): tamen, quum v̄scaptionis ea sit natura, vt ab eius initio tutoris auctoritas necessario absit, minus eam commode adnumeraueris alienationibus, quae citra tutoris muliebris auctoritatem irritae habentur. Quemadmodum vero ex his, quos supra diximus, alienationis a mulieribus celebranda modis ea, de qua nunc agitur, tempestate nullus fuit, in quo tutoris auctoritas non sufficeret, sed magistratus praeterea cognitione opus esset: ita nec nouum ius mutationis quidquam huic rei adtulisse obseruauimus, nisi forte quis hue referre velit Terentii Clementis ad Legem Iuliam et Papiam interpretationem o), in qua curatorem dotis dandae cauffa constitutum loco tutoris a Triboniano interpolatum esse, Ant. Schultingius p), Otto q) et Io. Gottl. Heiniccius r) non sine probabili ratione suspicantur. Quo posito, sententia Terentii haec erit, tutorem huiusmodi res quidem mulieris dotis nomine tradere, non autem easdem in id vende-  
re posse, vt pretium in dotem detur, nisi, quod aliter honeste nu-

bers

T. VI. p. 473.) et Car. Henr. Groho sciam, Casp. Garatonio ad d. Cic. in der Geschichte der Verfährung nach pro Flacco locum haec interpretatio dem Römischen Rechte, Sect. II. p. 33. suboluit, nisi ei præluxisse malis P. Manutii Comm. ad d. ad Att. ep.

sq. o) L. 61. §. 1. D. de Iure dor.

m) Cicero pro Flacco c. 34. p) Schultingius ad Paulli Lib. II.  
n) Nec insolitum, etiam viipoten- tem feminam dici puellum, sicut pupilla Senient. receps. sit. 19. §. 9. p. 303.  
audit in L. 20. D. de Rita nupt. Cf. sq.

Io. Ortw. Westenbergii Diuus Mar- g) Otto Diff. commem. c. I. §. 15.  
cus Diff. XXXXV. §. 10. p. 387. sq. p. 215.

et Iac. Voordae Lib. III. Interpre- r) Heiniccius Lib. II. Comm. ad  
tatt. et Emendat. iur. Rons. c. 5. L. Iul. et Pap. Popp. c. 13. §. 2. p.  
p. 259. sq. Ceterum vni, quod m. 257.

bere mulier non posset, venditionis veniam a iudice, qui eum constituisset, causa cognita, impetraverit. In qua partium a iudice interponendarum necessitate si quis juris a Septimio Seuero emendati vestigium deprehendat, non habebimus, quod magnopere refragetur; dummodo generalis *curator*, sub eiusdem capitulis initium obuius, qui non potest esse alius, quam cuius auxilio mulieres viripotentes innuptae ad annum XXV. saltem post D. Marci constitutionem res suas haud raro administrarentur), a tutele dotis dandae causa constituto sollicite distinguatur. Quo minus mirum cuicunque videbitur, quando in futura commentatione nullam amplius femininae tutelae, cuius reliquias in Digestis et Codice Tribonianum diligenter expunxisse constat), mentionem a nobis factam esse animaduerterit.

### §. 3.

Atque haec de his, qui sub tutela sunt, dixisse sufficiat. Sequitur, ut quibus olim limitibus bonorum, quae *curatores* administrarent, alienatio circumscripta fuerit, inuestigemus. Vbi, initio ab iis, qui praeter minores XXV annis curatoribus obnoxii sunt, facto, ante omnia de rebus furiosorum et prodigorum, tum eorum, quos iam lex XII tabularum adgnatorum gentiliumque potestate contineri voluit, tum reliquorum, videbimus. Homines autem de statu sanae mentis deiecti quemadmodum nullum plane negotium peragere potuerunt, quia nullum habent animi iudicium<sup>a)</sup>, ita nec de bonis suis

<sup>i)</sup> Schultingius et Otto II. II.

<sup>r)</sup> Otto Diff. laud. c. I. §. 24. p. 228.

<sup>a)</sup> L. 5. D. de R. I.

suis quidquam ipsi recte alienauerunt. Eadem fuit sortes euerorum, qui, quoniam neque tempus, neque finem habent expensarum, sed bona sua dilacerando et dissipando profundunt, furiosis nullo non tempore sunt aequiparati<sup>b)</sup>. Vnde; quod Vlpianus<sup>c)</sup> de prodigiis expresse monuit, ipsis quum commercio vniuerse, tum in primis familiae mancipacione esse interdictum, Treckellus<sup>d)</sup> merito ad utrumque hominum genus, et quamlibet mancipacionem transtulit. Omne igitur administrationis, et, quae administrationi inest, alienationis negotium curatoribus, iisque solis, committi debuit; quod tanto tutius fieri poterat, quo certior succedendi spes, si furiosi vel prodigi ita decesserint, custodibus saltentiis, quos lex decemuiralis vocasset, adulgeret. Atque illud ipsum est ius ictus, ab Vlpiano<sup>e)</sup> commemoratum, quod, sicut in rebus pupillorum, dominii ad curatorem pertinentis fictione nitebatur<sup>f)</sup>. Quod administrationis officium quamquam omnino ex negotiorum gestorum obligatione aestimatum est<sup>g)</sup>, et negotiorum gestorum iudicio locum haud dubie fecit<sup>h)</sup>, nisi curator administrationis fines tam aperte excessisset, ut nihil egisse intelligeretur<sup>i)</sup>: tamen circa restitutionis beneficium, quoad concessum fuerit furiosis vel prodigiis contra alienationem a

<sup>a) videlicet si aliquonam eundemmodum omnes cum curato.</sup>

<sup>b) L. 40. D. cod.</sup>

<sup>f) L. 56. §. 4. D. de Furt.</sup>

<sup>c) Vlpianus Fragment, tit. XX. §. 13.</sup>

<sup>g) L. 10. §. 1. D. de Curat. fur.</sup>

<sup>d) Treckellus Tr. de origine atque progressu testamenti factionis c. 3. p. 87.</sup>

<sup>b) L. 4. §. 3. D. de Tute et rat. i) L. 12. et L. vte. D. de Curat.</sup>

<sup>e) L. 8. §. 1. D. de Rebus eorū, qui sub ruti.</sup>

<sup>ii) L. 12. et L. vte. D. de Curat.</sup>



curatoribus celebratam, (nam ab ipso furioso aut prodigo facta summo iure irrita fuit k) nec de hac, nec de reliquis iuris nostri aetatibus certi quid definire licet. Ac profecto tantum abest, ut illud in ipsis legibus praesidium aliquid reperiat, ut praecipius eius index, P. P. H. de Dompierre de Ionquieres<sup>l</sup>) ad meras ratiocinationes e legibus similibus petitas confugere coactus fuerit. Qui vero propter vitium morbumue corporis rebus suis superesse non poterant, veluti surdi, muti, et perpetuo morbo laborantes, quam exemplo minorum curatores a Praetore iam olim adcepérint m), etiam in rerum fuarum alienatione proxime ad horum conditionem adcessisse videntur mm). Plane enim alio iure, quam furiosi vel prodigi, minores ipsi, puberes facti, censemabantur. Quibus quum prudentiam Romanorum nonnisi per partes, vt cum Petro de Toullieu<sup>n</sup>) loquamur, auxilium subministrasse aduersus infidias aliorum et captiones, certum sit, quomodo autem illi gradus sese exceperint, incertum maxime: antiquum alienationis regimen, quoad minorum bona adfecerit, haud prius expediri posse intelligimus; quam, e variis virorum doctorum de origine curae, ad aetatis infirmitatem adiuuandam inuentae, coniecturis quannam ipsi adscierimus, constiterit. Quo consilio dissimulare nolumus, in sententia Legis Laeteriae,

k) L. 3. C. de In int. restit. minor. mm) Vid. Hug. Donellus Lib.

l) de Dompierre de Ionquieres Spec. de restitutionibus in integrum

(L. B. 1767. 8.) Tit. IIII. §. 102. p. 330.

m) §. 4. I. de Curaz.

VIII. de iure ciuili c. 10. p. m.

457.

n) de Toullieu Diff. de auctoritate

curatorum aeratis §. 1. in Collectan.

p. 269.

riae, quae prima quasi huius curae fundamenta iecit, definienda  
 Lud. Iul. Fid. Hoepfnerio), in sequioribus vero eiusdem instituti  
 fatis inuestigandis, Segerip) argumenta nobis praeluxisse. Quos  
 igitur, Laetorio auctore, solis adolescentibus lasciis, seu dissolutis  
 (non vere prodigiis), et dementibus, id est, stupidis, qui nimis re-  
 misso vterentur iudicio, quam ut rebus suis bene praecesse possent  
 (non ergo furiosis), reddita demum causa, datos fuisse curatores;  
 Hoepfnerum sequuti, sumimus, eos, si Segerum audimus, cele-  
 bratissima Diui Marci constitutio, cuius summa Capitolinus q)  
 nobis seruavit, omnibus promiscue adolescentibus, causa quamvis  
 non redditâ, dari, non praecepit, sed permisit. Ex quo quemad-  
 modum volentibus solis, praeterquam in item, aut ad adciendiadas  
 rationes a tutori reddendas, liberandumue debitorem, dari coope-  
 runt curatores: ita multos fuisse post Marci tempora in orbe Roma-  
 no adultos, qui non magis, quam olim, tenerentur curationis iure,  
 quod neodum curatorem sibi dari postulassent, credibile est. Qui-  
 bus praemissis, facile constabit de causa, cur minores alia prorsus  
 conditione, quam pupillos, ceterosue homines, quorum vel nullae,  
 vel exiguae in administrando patrimonio partes essent, in alienan-  
 dis rebus suis vsos fuisse, supra dixerimus. Quamquam enim habens  
 curatorem minor, si de alienationis iure quaereretur, non absimilis  
 visus est ei, cui a Praetore, dato curatore, bonis interdictum est;

B 2

aut

<sup>a)</sup> Hoepfnerus *Pr. de Lege Laeto- bistoria §. 6—12. in Opusc. Vol. I.*

*ria et cura minorum* (Giss. 1778. 4.) p. 116. sqq.

§. 5—14.

<sup>b)</sup> Capitolinus *in vita Marci*

c. 10.

<sup>c)</sup> Segerus *Diff. Brenis curarum*

r) L. 3. C. de Ita ins. restit. min.

aut potius pupillo, infantiae annos egresso, nisi quod mancipationis sollemnia solus sine curatore explicare valeret, quod pupillus non poterat <sup>s)</sup>: tamen, si curator deesset, tam summo iure rata fuit alienatio a pubere citra cuiusquam assensum celebrata, ut, Labone <sup>t)</sup> auctore, solo restitutionis auxilio subueniri ei posse videretur. Quae omnia alibi, quando de sensu rescripti ab Imp. Diocletiano et Maximiano ad Attianum dati, quo non tam nouum ius introduci, quam vetus confirmari putamus, copiosius disputabatur; in pleniori luce collocare decreuimus. Vnde id potissimum inter pupillum et minorem interfuit, ut ille dumtaxat aduersus factum tutoris, hic vero, siue ipse solus, siue interueniente curatore contraxisset, restitutionis beneficio gauderet; id quod I. A. de Sienen <sup>v)</sup> praecclare obseruauit. Quod vero a solo curatore, non adhibitio minore, gestum est alienationis negotium, quin et ipsum, quoad intra administrationis limites contineretur, ex stricti iuris regulis firmum fuerit, eo minus dubitari potest, quo saepius in iure nostro, curatorem bonis magis, quam personae, datum videri, inculcatur <sup>x)</sup>. Cuiusmodi negotii nomine, si minoribus damnosum esset, exemplo alienationis a tutore factae, tam curatores utilibus actionibus conueniri,

<sup>s)</sup> Trekellus Tr. de originis atque fin. C. Si tut. vel cur. inzeru. (Trai. progressu testamenti factio[n]is c. 3. ad Rb. 1747. 4.) §. 1.

§. 12. p. 87.

<sup>x)</sup> Hinc mentio rerum ab ipsis

<sup>t)</sup> L. 13. §. 1. D. de Minor. cf. minorum curatoribus venditarum in d. L. 3. C. de In ins. restit. L. 39. §. 1. L. 47. §. 1. D. de Mi-

nor. L. vlt. C. Si tut. vel curat. in-  
<sup>v)</sup> von Sienen Diff. ad L. 3. et terci.

quam adolescentes in integrum restituī consueuerunt<sup>y)</sup>). Nec manūmittendi dēnique potestate ampliori, quam impuberis, dominos XX annis minores, quamvis puberes, frūi passa est Lēx Aelia Sentia; quare, quae supra hac occasione de pupillis eorumque tutoribus dīcta sunt, si solā auctoritatis in manumissione interponēndae foliēnitatem exceperis, ad minores aetate, quam Lex exigeret, et eorum curatores omnino pertinent.

## §. 4.

Quum vero fieri possit, ut personarum, quas hucusque deserūimus, bona neque ab ipsis, neque ab earum veris tutoribus curatori busue, sed vel ab eo, qui pro tute, proue curatore negotia gessit, vel a creditore pignoratio, cui res a patre pupilli aut minoris obligata fuerat (nam ceteras species fere infinitas, in quibus homines tutelae vel curae obnoxii non alia sorte, quam reliqui, qui liberam habent rerum suarum administrationem, vtuntur, consulto praetermittimus), alienentur: age nunc, quid iuri antiquiori hoc quoque in genere conueniat, strictam disquiramus. Factam igitur ab eo, qui, licet tutor non esset, tamen pro tute negotia gerebat, alienationem adeo fuisse irritam, ut pupillus rem nondum usucaptam vindicare poterit, testem locupletem habemus P. Iuuentium Celsum a), filium, Libro XXV. Digestorum ita commentatum: *si is, qui pro tute negotia gerebat, quum tutor non esset, rem pupilli vendidit, nec ea usucapta est: præter eam pupillus, quamquam ei cautum est; addita*

B 3

causa;

<sup>y)</sup> Iam pridem hoc placuisse rescri- in L. 3. C. Si rati vel curat. interuen-  
psierunt Diocletianus et Maximianus o) L. 2. D. de Eo, qui pro iur.

causa: non enim eadem huius, quae tutoris, est rerum pupilli administratio.<sup>b)</sup> Qui Iurisconsultus quam sub Traiano potissimum et Hadriano floruerit<sup>b)</sup>, iam ante Senatusconsultum, Seuero imperante conditum, id ius viguisse, manifestum est. Eamdem iurisprudentiam Vlpianus<sup>c)</sup> sequutus est Libro LXXVI. ad Edictum, ut Petr. Faber recte<sup>d)</sup> obseruauit. Quare eam in ipsius Senatusconsulti interpretationem migrasse, infra videbimus. Quae vero de eo, qui pro tutore negotia gessit, a Iurisconsultis veteribus tradita sunt, quam eadem intercedat ratio, non minus ei, qui curatoris personam, sed iniuria, sustinuit, debent applicari. Vnde, restitutionis beneficio in neutra specie opus fuisse, salua tamen, quam Praetor<sup>e)</sup> dedit, protulæ actione aduersus ipsum, qui pro tutore, proue curatore negotium gessit, instituenda, facile colligitur. Alia longe facies fuit rerum a patre pupilli, minoris, similique personae oppignoratarum, quas a creditoribus, dum sollemnia in omni pignorum distractione necessaria adhicerent, eo, de quo loquimur, aeuo non minus, quam sequiori, absque decreto, et circa spem restitutionis integrum, alienari licite potuisse, ex eo discimus, quod ipse Seuerus, nihil sibi in his nouandum videri, Oratione professus est<sup>f)</sup>.

<sup>b)</sup> Vid. Heineccii Ex. de P. Inventio Celso, Iurisconsulto; in Syll. Opuscul. var. p. 512. seqq.

<sup>d)</sup> Petr. Faber Lib. II. Semestrium c. 15. p. m. 245.

<sup>e)</sup> L. I. pr. D. de Eo, qui pro

erit.

<sup>c)</sup> L. I. §. 24. D. de Doli mali except.

<sup>f)</sup> L. I. §. 2. D. de Reb. eor. qui sub tut.

## §. 5.

Quae igitur iuri antiquo propria sunt, huc maxime redeunt, ut, siue ab ipsis pupillis, minoribus, ceterisque, qui rebus suis superesse non valerent, siue ab eorum tutoribus curatoribus siue denique a tertio facta esset bonorum ad illos pertinentium alienatio, haec, pro personarum, modi in alienando adhibiti, aut euentus diuersitate, vel summo iure rata esset, salvo tamen, si idonea cauſa suppeteret, aut tutelas similiue iudicio, aut restitutionis auxilio, vel, quod dominium ab eo, cuius res esset, discedere non potuerit, statim in se ipa corrueret; numquam vero, si manumissionem excēperis, ad formam alienationis peculiari sollemnitate opus esset eiusmodi, qua neglecta nihil actum videretur. Cuius rei probationem plerique, velut Io. Voetius a), Ger. Noodtius b), de Sienen c), Ioach. Maur. Guil. Baumannus d), Vir Consultissimus, Alb. Phil. Frikcius e) et Bauius Voorda f), petunt e Q. Cernuidii Scaeuolae, quem Septimi Seueri in iure ciuili praceptorē fuisse Ael. Spartanus g) narrat,

a) Voetius Comm. ad tit. D. de Reb. eor. qui sub iur. §. I.

b) Noodtius Comm. ad eundm. tit. Opp. T. II p. 462. edit. quae prodidit L.B. 1767. f.

c) von Sienen Diff. laud. §. 1. not. k. p. 3.

d) Baumanitus Diff. I. de vita et confirmitationibus M. Antonii Gordiani III. Imp. (Lipf. 1792. 4.) P. II. c. 1. §. 1. p. 33.

e) Frickius Diff. de exceptione curatoris nondum excusati, restitutionem

in integrum a minoribus adultis peritam haud remorante (Helmst. 1796. 4.) §. 5. not. 2. p. 19.

f) Voorda Thesum controvērsum iuxta scrips. Digestorum (L. B. 1796. 8.) Dec. XXVIII. §. I. p. 877.

g) Spartanus in visa Caracalla c. 8.

narrat, responso h), in Librum olim I. operis cognominis translato: curator adolescentium praedia communia sibi et his, quorum curam administrabat, vendidit: quaero, si decreto Praetoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit? Respondi, eatenus rescindi, nisi si emtor a toto contractu velit discedi, quod partem emiturus non esset. Vbi antiqui iuris vestigium eatenus putant occurrere, quatenus venditio praedii, quod minoris fuerat, a curatore sine decreto magistratus, cuius hic mentio nulla fiat, celebrata, iure recentiori non demum per restitutionem in integrum rescindenda, sed potius ob ipsum necessariae sollemnitatis neglegentum ab initio irrita esse intelligatur. Addunt Petr. Burgius i), Voetius, Noodtius et Baumannus aliud eiusdem Scaeouiae fragmentum k), e Libro X. Digestorum seruatum, quod eamdem veteris iuris simplicitatem respicere existimant: *inter pupilos paternae hereditatis diuiso faba est praesente tutore, sed non adsignante instrumento diuisionis. Quae sit est: an ei statim oporteret? Respondit: si tutor auctor fuisset, non idcirco minuslandum esse diuisioni, quod non adsignasset. Verum enim uero, etsi in primis a Io. Lud. Conradi l) edocti, lubenter concedimus, utrumque Scaeouiae responsum dudum ante Orationem D. Seueri scriptum esse: ingenue tamen fatemur, neutrum nobis quidem videri rem ipsam confidere; non prius, quod praedia a curatore adolescentis vendita aequa urbana, quorum alienatione ante Constantium M. in-*

k) L. 47. §. 1. D. de Minor.

l) Contadi Lib. sing. de vita et

i) Burgius Elector. c. 7. in Thes. scriptis Q. Corneldii Scaeouiae §. 2.

jur. Orton. T. I. p. 321.

j) Opus sc. Vol. I. p. 24. 26. &amp;c.

et 12.

k) L. 20. D. de Auctoris. int.

157.

terdictum neutquam fuit, ac rustica aut suburbana, esse potuerunt, ut taceamus, in indulgencis minori aetati restitutionibus Iurisconsultos veteres paulo fuisse faciliores, quippe qui, omnem eam causam ex Praetoris cognitione et aequitate pendere, intelligerent m); non posterius, quod ad hereditatis diuisionem nec post Septimii Severi constitutionem, antequam tutorum facultas etiam hoc in genere a Constantino M. angustioribus limitibus includeretur, opus fuit decreto magistratus, nisi in hereditate essent fundi rusticci, quos ut saltem in specie proposita Scaeuelam ante oculos habuisse sumamus, nulla flagitat necessitas. Nec profecto adsequi possumus causam, cur, qui hoc argumentorum genere vni sunt, omiserint prouocare ad plura venditionis a minoribus, eorumque tutoribus aut curatoribus celebratae exempla, tum apud ipsum Scaeuelam n), tum in libris aliorum Iurisconsultorum hoc adeo antiquorum, velut Antistii La-beonis o), Saluji Iuliani p) et Sexti Pomponii q), sine vila decreti cuiusquam mentione obvia, in quibus Prudentes, quos diximus, quemadmodum minoribus modo per restitutionem in integrum, modo alia ratione subuenientium esse censuerunt, ita ipsius negotii firmitatem ex iuris stricti regulis haud dubie defenderunt. Quamquam igitur negare nolumus, hos omnes de tali alienatione, quae iure novo minus, quam ipsorum aeuo, rata esset, cogitare potuisse: tamen, quoad et contrario locus relinquitur, ut his dumtaxat testi-

moniis

m) L. 24. §. ult. D. de Minor.  
Cf. von Sienen *Diss. laud.* §. 6.

n) L. 39. §. 1. D. cod. L. 56. D. de  
Administr. tut.

o) L. 13. §. 1. D. de Minor.

p) L. 41. D. cod.

q) d. L. 13. §. 1. L. 14. D. cod.

C

monis adhibitis probatio satis expedita sit, merito veremur. Quid? quod e Iurisconsultis posterioribus, quos Orationis illius tempora adtigisse constat, nonnulli, quando de rerum pupillarum similiimus venditione disputant, ita sententiam dicunt, ut samdem etiam de veteri iure profiteri sine errore potuissent. Sic Vlpianus<sup>r)</sup> interdum restitutionem et in rem dari minori, qui aliquid vendidit, affirms; et hoc vel cognitione Praetoria, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio. Quid vero rescissione opus fuisset, si dominium a minore numquam discessisset? Similiter Paullus<sup>s)</sup> et Modestinus<sup>t)</sup>, quid in restitutione minoris contra fundi venditionem decernenda a Praetore obseruandum sit, praecipiunt. Nec Caii<sup>i)</sup>, quem usque ad Antonini Caracallae tempora vixisse, nunc nemo facile dubitat, qui noua argumenta, a Gust. Hugone<sup>v)</sup>, Viro ad iuuandam ornandanque masculam iurisprudentiam nato, conjecturis a Jac. Raeuardo<sup>x)</sup> et Franc. Car. Conradi<sup>y)</sup> olim propositis, nuper addita, ponderauerit, sententia, ex Libro IIII. ad Edictum provinciale, qui totus in restitutionibus explicandis versabatur, decrepta, ab hoc loco videtur esse aliena. Qua occasione temperate nobis non possumus, quo minus ab interpolationis, quae Bern. Henr. Reinoldo<sup>z)</sup> subcluit, suspicione

<sup>r)</sup> d. L. 13. §. 1.

<sup>s)</sup> L. 24. §. 4. D. cod.

<sup>t)</sup> L. 32. §. 4. D. de Administr. sur.

<sup>i)</sup> L. 27. §. 1. D. de Minor.

<sup>v)</sup> Hugo Civilistisches Magazin Vol. II. n. 16. p. 358. sqq.

<sup>x)</sup> Raeuardus Lib. III. Coniesian. A. 19.

<sup>z)</sup> Conradi Observations de vera aestate Caii et de scriptis eius ad sua tempora renovandis; in Act.

Erud. Lips. a. 1727. p. 59—67. et

Vindiciae observationum de vera Caii aestate; in Lib. II. Parerg. n. 5. p. 279—292.

<sup>y)</sup> Reinoldus Diff. de Edicto Publio c. 2. §. 3. in Opuscc p. 380.

eione post Ie. Frid. Juglerum a) liberemus aliud eiusdem Caii fragmentum, in Libro operis, quod modo laudauimus, VII. quoniam obciu b): Qui a pupillo emit, probare debet, tutore auctore, lege non prohibente, se emisse; vbi legis nomine Septimii Seueri Orationem indicari, tam certo nobis persuasum est, ut ab hoc ipso capite insigne veteri de aetate Caii doctrinae robur adcedere intelligamus. Quae quam ita sit, certiora sane quaerenda sunt antiquioris iurisprudentiae argumenta, non tamen illa longinquius accessenda, quandoquidem Vlpianus c), diligentissimus Orationis interpres, ius *vetus*, quo alienatio a curatore furiosi, vel cuius alterius non adolescentis, facta valere dicitur, a Senatusconsulto decreto exigente sollicite distinxit. Lueulentissimum autem testimonium praebent verba Orationis d) ipsius, quibus Imperator, postquam Praetorem Urbanum alienandorum propter aeris alieni magnitudinem praediorum rusticorum vel suburbanorum caussa adiri praeceperat, si communis res sit, et socius ad diuisiōnē prouocet, aut si creditor, qui pignori agrum a parente pupilli adcepit, ius exequatur, nihil se nouandum censere, id est, Praetorem non necessario adeundum esse, edixit. Nec morari nos debent bina Iuliani, quem pridem ante Septimium Seuerum vivisse constat, fragmenta, alterum, ab Vlpiano in Libro XXXVI. ad Edictum adductum e), purum

## C 2

## alterum

a) Juglerus Nor.(\*) ad d. Reinoldi docum.

c) L. 8. §. 1. D. de Reb. eorū qui  
sub rur.

b) L. 13. §. 2. de Public. in rem  
nct.

d) L. 1. §. 2. D. cod.  
e) L. 1. §. 2. D. de Tute, et ratione distrib.

alterum<sup>f</sup>), sed utrumque e XXI. Digestorum volumine superfites, quae sibi inuicem mirum in modum sunt similia. In utroque autem, alimenta forori pupilli, quae aliter se tueri non posset, decreto interueniente a tutori praestita pupillum eiusue heredes repeteret per tutelas iudicium posse, Iurisconsultus negat. Videri poterat decreti mentio ad alienationem quamdam rerum pupillarum, alimentorum exhibendorum causa factam, pertinere, aut saltem ipsa alimentorum praestatio a Iurisconsulto in alienationum numerum referri, et hanc ob causam decreti sollemitas commemorari. Hinc suspicabamur aliquando, in responso, quod priori loco excauimus, VI. piauum, sui temporis rationes sequutum, exemplo haud nouo, sed in pluribus tum eiusdem, tum aliorum auctorum iuris veterum libris, iis maxime, in quibus ad aliorum scripta commentati sunt, ut Io. Aug. Bachius<sup>g</sup> et Baumannus<sup>h</sup> egregie docuerunt, obuio, verba: *decreto scilicet interueniente, Iuliani orationi admiscuisse.* Verum enim uero mox nos admonuit comparatio cum altero fragmento instituta, iam Iulianum ipsum, moris adeundi Praetorem, ut modum alimentorum decerneret, cuius crebra extant in Pandectis<sup>i</sup> ac Codice repetitae praelectionis<sup>k</sup> vestigia, memorem, in decreti mentionem incidisse; id, quod prolixior narratio de tutori a cognatis

et

*f) L. 4. D. Vbi pup. educ. v. mor. imponenda, (Praef. Christ. Gottl. deb.*

*Richtero defens. Lips. 1789.) c. 5.*

*g) Bachius Diff. de causis coniunctis earumque foro competente §. 9. i) L. 2. §. 1. 2. L. 3. D. Vbi in Opusc. p. 286. sq.*

*p. 46. f. pupillus educ.*

*h) Baumannus Diff. de servitute proprietas domino fundo fructuario L. 2. C. de Alim. pup. praest. L. 3. C. de Admin. zus.*

et propinquis sororis, (cui idem, qui fratri, tutor a patre datus fuerat) ad magistratum perducto, et ab hoc, ut alimenta pupillae, et mercedes praceptoribus exhiberet, iusso, extra omnem dubitatem ponit. Quod autem matris alimenta in priori responso eadem ratione definita occurrant, id eo minus quemquam debet offendere, quo verisimilium est, tutores, quae ad alimentorum pupillis suis praestandorum aestimationem tuto faciendam esse viderentur, multo magis in officiorum personis pupillo coniunctis debitorum modo constituendo obseruasse. Nullam tamen decreti his de caussis impetrandi suisse necessitatem, et Iulianus ipse verbis: *existimo, et si citra magistratum decretum rel. non obscure innuit, et recentius Antonini rescriptum*<sup>1)</sup> clarissime confirmat. Illud igitur superest, ut, quae tantae potestatis, tutoribus curatoribusque in rebus eorum, qui ipsorum tutelae vel curae commendati essent, olim concessae caussa fuerit, paucis disquiramus. Neque vero eam aliunde, quam ex fictione, ab Ant. Dadino Alteserram<sup>2)</sup>, Nic. Hier. Gundlingio<sup>3)</sup> et Aug. Christ. Marchio<sup>4)</sup> diligentius exposita, qua tutores, et ad horum exemplum curatores, dominis rerum pupillarium similiimus aequiparati sunt, repetendam esse, interpres, quotquot consulerentur, vno ore, et recte quidem, monuerunt. Praeclare rem illustrat Julianus sententia, ex Libro XXII. Digestorum desumpta: *qui*

C 3

tutelam

- I d. L. 3. C. de Admin. iur. n) Gundlingiana P. XXVIII. n.  
 Vnde nec decreti mentionem fecit 6. §. 6.  
 Caius L. 13. §. 2. D. eod. vbi eam- o) Marchius Spec. iurisprudentiae  
 dem questionem adtigit. Pauli Apostoli quoad rem intelarem  
 m) Alteserra Tr. VI. de fictioni- (Lipf. 1736. 4.) §. 5. not. f. p. 19.  
 bus iuris c. 13. et Tr. VII. c. 3. p) L. 56. §. 4. D. de Furiis.

tutelam gerit, transfigere cum fure potest; et, si in potestatem suam redegerit rem furtivam, definit furtiva esse, quia tutor domini loco habetur. Sed et circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt, qui adeo personam domini sustinet, ut etiam tradendo rem furiosi alienare existimetur. Condicere autem rem furtivam tutor et curator furiosi coru[m] nomine possunt. Quam fictionis vim etiam ad aet[us] legitos pupilorum nomine a tutoribus explicando pertinuisse, contra Treckellum<sup>q)</sup>, forte minus congruo manumissionis exemplo, ut id negaret, adductum, pro certo affirmamus. Quum tamen illa dominii fictio, ut supra diximus, administrationis fines neutiquam excoferit, sed ad solam prouidentiam pupillarem adstricta fuerit<sup>r)</sup>: tantum iam hoc, de quo loquimur, aeuo absuit, ut qualibet alienatione tutores vel curatores promiscue defungi possent, ut dedicationes, donationes, manumissiones, huiusque generis negotia alia, in quibus nullae cernerentur administrationis partes, etiam a tutoribus et curatoribus incassum celebrari, et euentu omni destitu intelligenter.

Vnde adposito de dedicatione Marcellus<sup>s)</sup>: ab adgnato vel alio curatore furiosi rem furiosi dedicari non posse, constat; adgnato enim furiosi non usquequa competit rerum eius alienatio; sed quantum negotiorum exigit administratio; de donatione Paullus<sup>t)</sup>: donationes a tute[r]e factae pupillo non nocent, nec non Vlpianus<sup>u)</sup>, praenente Iuliano: sed et si non mortis causa donauerit tute[r]e auctore,

idem

- q) Treckellus Tr. de origine argue progressu testamenti fictionis c. 3. §. 12. p. 86.  
 r) L. 27. D. de Administr. tut. L. 7. §. 3. D. Pro emt.  
 s) L. 12. D. de Curat. furios.  
 t) L. 22. D. de Administr. tut.  
 v) L. 1. §. 2. D. de Tute[r] ex rat. diffrab.

idem Iulianus scripsit, plerisque quidem putare, non valere donationem; et plerumque ita est; de manumissione denique Pomponius <sup>x)</sup>: fērūs furiosi ab adgnato curatore manumitti non potest, quia in administratione patrimonii manumissio non est; et Caius <sup>y)</sup>: curator furiosi nullo modo libertatem praeflare potest, quod ea res ex administratione non est; nam in tredendo ita res furiosi alienat, si id ad administrationem negotiorum pertinet; et ideo, si donandi causa alienet, neque traditio quidquam valebit; nisi ex magna utilitate furiosi hoc cognitione iudicis faciat. Qua ratione quemadmodum, Romanos nec olim pupillorum, minorum, aliarumque personarum similium fortunas tutorum et curatorum arbitrio temere commisisse, manifestum fit: ita varia, quae supra recentimus, auxilia, ad iuandam aetatis mentisuis infirmitatem comparata, quibus ipsam quoque tutorum curatorumque satiationem, citra quam, nisi testamento aut ex inquisitione dati essent, ne potestas quidem administrandi illa tutoribus curatoribusque competeteret <sup>z)</sup>, addere fas est, tam late patuerunt, ut etiam absque causae cognitione magistratumue decreto rerum pupillarium reliquarumque, quae pupillarium iure censerentur, alienationes hoc quidem aequo commode regi viderentur.

<sup>x)</sup> L. 13. D. de Manum.

de Tur. vel curat. qui satis non ded.

<sup>y)</sup> L. ult. D. de Curat. furiosi.

Cf. Petri Fabri Lib. II. Semestr. 5.

<sup>z)</sup> L. 7. §. 1. D. cod. L. 3. C. 15. p. m. 245.

## CAPVT II.

ORATIO SEPTIMII SEVERI.

§. I.

Iam enim nos ad se vocat Oratio Septimii Seueri in paucis celebratissima, cuius insignem partem eiusdem, qui tot alia veteris iuris prudentiae monumenta nobis conseruauit, Vlpiani diligentiae debemus. Ut autem de argomento eius iudicium ferri possit, integrum locum, e Libro XXXV. operis, quo Iurisconsultus ad Edictum commentatus est, decerptum a), quoad Orationis historiam et verba compiebitur, adscribendum censemus talem, quam Pandecta Florentini, aliaeque editiones, horum fidem sequutae, ceteris, praeter minutias quasdam, nihil variantibus, exhibent: *Imperatoris Seueri oratione prohibiti sunt tutores et curatores praedia rustica vel suburbana distrahere.* §. I. Quae oratio in Senatu recitata est Tertillo et Clemente Consulibus, Idibus Iunii. §. 2. Et sunt verba eius huiusmodi: **PRAETEREA, PATRES CONSCRIPTI, INTERDICAM TUTORIBVS ET GVRATORIBVS, NE PRAEDIA RUSTICA VEL SVEBVRBANA DIS- TRAHANT; NISI, VT ID FIERET, PARENTES TESTAMENTO VEL CODICILLIS CAVERINT. QVOD SI FORTE AES ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBUS CETERIS NON POSSIT EXSOLVI: TVNC PRAETOR VRBANVS, VIR CLARISSIMVS, ADEATVR, QUI PRO SVA RELIGIONE AESTIMET, QVAE POSSVNT ALIENARI, OBLI-**

GARIVE

a) L. I. pr, et §. I. 2. D. de Reb. eor. qui sub tut. v. cur.

GARIVE DEBEANT; MANENTE PUPILLO ACTIONE, SI POSTEA  
POTVERIT PROBARI, OBREPTVM ESSE PRAETORI. SI COM-  
MVNIS RES ERIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCE T;  
AVT SI CREDITOR, QVI PIGNORI AGRVM A PARENTE PUPIL-  
LI ACCEPERIT, IUS EXSEQVETVR: NIHIL NOVANDVM CENSEO.  
Cuius legis sententiam Basilicab) sic reddiderunt, vt, suppressa tam  
Orationis, quana Vlpiani, mentione, ea, quae in Senatusconsulto  
de praediis rusticis et suburbanis occurabant, quod exigebat iuris a  
Constantino M. emendati conditio, ad res immobiles vniuersitatem trans-  
ferrent. Quid autem in ipso Digestorum, quod recitauiimus, capite  
Seueri sit, quidue Vlpiani, ex quo Gregorius Haloander, sicut alias  
Legum Edictorumque formulas, ita et nostram Orationem typorum  
diuersitate primus distinxit c), nemo, quod sciamus, in dubitationem  
adduxit praeter unum Octauium Simoncellum d), omnino a laude  
liberalis doctrinae valde alienum, qui, dum, verisimile non esse,  
quod compilatores, peculiarem paragraphum a verbis: si communis  
res erit rel. inchoando, contextum Senatusconsulti diuiserint, hunc  
praecedentibus verbis finiri, et ab iis, quae modo excitauiimus, VI-  
piani interpretationem ordiri, professus est, paragraphorum distin-  
ctionem, quae multo recentioris est inuentionis e), hominibus aeu

Inisti-

a) apud annal. XI. Ad coll. 15. b) Basilia Lib. XXXVIII. tit. 9. contractibus minorum, pupillorum,  
c. f. T. V. p. 123. sg. aliorumne his similius adhibendus.

c) Vid. Henr. Brencmannus Lib. §. 14. p. m. 16.

III. Historiae Pandectarum c. 3. p.

330 d) Cf. Io. Petri de Ludewig Vita.

e) Simoncellus Praefat. Tr. de Iustiniani, Theodore et Triboniani  
decretis, ceterisque sollempnizariibus in cap. §. 10. p. 98. sqq.

D

Justiniane*i* tribuens, et vocabulum *censo*, sententia*s* in Senatu dicen-  
dis proprium*f*), in quod desinit Oratio, negligens, non minorem  
ignorantiae, quam leuitatis reprehensionem meruit. Sed, missa  
infelici Simoncelli conie*ctura*, an ipse Vlpianus integrum expresserit  
Orationem, in qua*estione* venit. Ac suadet sane initium Oratio-  
nis, quale Vlpianus refert: *praeterea, Patres Conscripti, interdic-  
tutoribus et curatoribus etc.* vt Cornelii van Bynkershoek*g*), plurima  
de administratione tutorum ibidem cauta fuisse suspicati, conie*cturata*  
ample*ctamur*, et vnum alterumue caput, quod ad alienationem  
rerum pupillarum minus pertineret; illud, quod Iurisconsultus ex-  
hibet, praecessisse, existimemus. Cui sententiae quum ab enixo  
eiusdem Imperatoris pupillis subueniendi studio*h*), quod pluribus,  
inque luculentissimis exemplis mox illustrabimus, haud exiguum  
pondus adcedat: non opus est, vt eius corroboranda gratia ad  
fragmentorum, sub titulo: *ad Orationem Diui Seueri*, in Paulli Sen-  
tentiarum receptarum, quales Visigothorum maxime beneficio ad  
nos peruererunt, Libro II. collocatorum*i*), argumentum, vtique  
ab Oratione ipsa alienum, consigiamus, siquidein, vtut *Oratio illa  
Diui Seueri*, monentibus Ant. Augustino*k*), Schultingio*l*) et Bynkers-  
hoekio*m* in*est*.

*f*) Quod multis exemplis docuit Barn. Brissonius *Lib. II. de formulis et sollemnibus populi Rom. verbis c. 49. p. 158. ed. nouiss.*

*g*) van Bynkershoek *Lib. VI. Obs. 8.*

*h*) *L. 2. §. 2. D. Qui per. ius. 3. CHRIS.*

*i*) Paullus *Lib. II. Sensem, receperit. 30.*

*k*) Augustinus *Lib. sing. ad Modestinum sine de Excusationibus, occasione L. 6. §. 18. D. de Excusatione in Thes. Iur. Ottone. T. III. p. 1583.*

*l*) Schultingius *ad d. Paullitiz. in Iurisprud. Anticinistria. p. 325.*

hoeksoem), nulla alia, quam nostra sit, tamen quod posteriori loco possum legitur fragmentum, demum a recentioribus editoribus e Pandectis priori adiunctum, prius autem siue, quod in his Paulli excerptis et alibi factum esse Schultzingius obseruauit, a compilatore Gothico perperam ad hunc titulatum relatum siue, quae Bynkershoekii est opinio, ex ipso quidem Paulli titulo, qui hanc inscriptionem praes se ferret, sed omisis ceteris sententiis, quae proprius scopum servirent, recitatum fuit. Vtrum autem eadem lege, an recentiore quadam, necessitas adeo distracthendarum rerum ceterarum, praeter fundos rusticos et suburbanos, pecuniaeque inde redactae in emtionem praediorum idoneorum impenderidae, aut foenori occupandae, tutoribus curatoribusque imposita fuerit, de eo nihil nobis liquere, angustue fatemur. Commemorat quidem Constantinus M. in notissimo, eius partis per varios utriusque Codicis titulos n) dispersas Iac. Gothofredus o) diligenter collegit, Edicto ad Populum dato legem, quae tutiores curatore que necessitate adstrinxerit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam praeda et mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia, quae intra ciuitatem essent, vendarent, omniaque ad nummos redigerent, praeter praeda et mancipia rustica, sub qua lege ipsum Senatusconsultum nostrum intelligi, plenique interpretes, et in his quum maxime Gothofredus p) atque

## D 2

Nood-

m) Bynkershoekius l. l.

refit. iunct. L. 3. Cod. ei. de Contrab.  
emt.

n) L. 22. Cod. Ius. de Administr. tut. L. vlt. Cod. eiusd. Quandonde- creto opus non sit. L. 25. Cod. ei. de Vjur. et L. 1. Cod. Theod. de Integri

o) Gothofredus Comm. ad d. L. 1. C. Th. de Integr. refit. T. I. p. 182. ed. Ritter. p) Gothofredus Comm. ad L. vlt.

Noodtius q), voluerunt. Vnde etiam factum est, ut Gothofredus antiqui iuris formam, in Impp. Arcadii et Honorii constitutione r) obuiam, iuxta quam usurarum adeo crescere dieitur, de nostra Oratione adciperet. Noodtius vero expressam mancipiorum rusticorum mentionem in verbis Senatusconsulti, prout ab Vlpiano tradita sunt, desideraret. Nec negari potest, non solum Iurisconsultos veteres, ipsumque adeo Vlpianum in eodem, quo ad Orationem Severi commentatus est, ad Edictum libro rationem habuisse eiusmodi iuris, quod tutores tum ad distractionem earum rerum, quae tempore depereunt, tum ad pecuniae pupillaris commercium, quod supra diximus<sup>t</sup>, compellat, sed etiam post Seuerum<sup>v</sup>), Imperatores Antoninum Caracallam<sup>x</sup>, Alexandrum<sup>y</sup>, ac Philippum<sup>z</sup> eundem in modum rescrississe; imo cerebriora procul dubio eius rei vestigia in Digesta et Codicem migratura fuisse, nisi Constantinus M. vendendi saltem necessitatem tutoribus remisisset. Verum enim vero, quo minus, haec omnia in una Seueri Oratione, eamue sequuto Senatusconsulto comprehensa fuisse, pro certo adfirmemus, variae prohibent causae, in primis, quod non omnes res a Constantino M. enumeratae, velut aurum, argentum, gemmae, ad earum, quae,

*Cod. Thiod. de Administr. et peric. iur.*  
T. I. p. 369.

q) Noodtius Comm. ad tit. D. de Reb. cor. qui sub iur. Opp. T. II. p. 458. sq.  
r) d. L. tit. Cod. Tb. de Administr. et peric. iur. quam valde interpolata exhibet L. 24. Cod. Ius. cod.

s) L. 7. §. 1. D. de Administr. et peric. iur.

t) d. L. 7. §. 2. 3. 7. 11. Cf. L. 13. §. 1. et L. 15. cod.

v) d. L. 7. §. 4.

x) L. 4. Cod. cod.

y) L. 3. C. de Usur. pupillar.

z) L. 3. C. de Peric. iur.

quoniam tempore pereunt, iam ex mente veterum iurisconsultorum vendendae fuerant, genus, sub finem eiusdem constitutionis a ceteris separatum, quale v. e vestibus vsu detritis aut animalibus supervacuis cernitur, referri debent, quodque pecunia pupillaris, quam in tuto collocari ius Constantino antiquius praeceperat, etiam alia via, quam per venditionem necessariam, parari potuit. Quapropter parum abest, quin in Baldini a) et Baumanni b), legem, cuius Constantinus meminit, a nostra Oratione diuersam quidem esse, sed auctorem ignorari, ratorum, sententiam et ipsi inclinemus. Minime vero, iam ante Septimium Seuerum moris fuisse, ut tutores omnia pupillorum bona, tam immobilia, quam mobilia, distraherent, et pecuniam inde redactam foenori exponerent, lo. Schiltero c) concedere possumus, quum argumentum, quo hanc opinionem confirmaret, ne ullam quidem licuerit reperiire.

## §. 2.

De auctore legis nostrae minor est dubitatio, quum et ipse Ulpianus a), et Gordianus III. b), et Diocletianus atque Maximianus c) eam uno ore Imperatori Seuero tribuant. Sub Seuero autem, quoties ab auctoribus iuri nostri simpliciter commemoratur, semper in-

D 3

telli-

a) Baldinus *Lib. II. Constantini foro Germ Exerc. XXXVII. §. 104.*  
*M. p. m. 220.* p. 408. ed noviss.

b) Baumannus *Diff. laud. P. II.* a) L. 1. pr. D. de Reb. eor. qui  
c. I. §. 1. p. 35. sub iur. v. cur.

c) Schilterus *Prax. iur. Rom. in* b) L. 2. C de Curar. fur. vel prod.  
e) L. 9. C. de Praediis et al. reb. min.

telligentum esse Septimum, Antonii Caracallae patrem, numquam Alexandrum, de Toullieu<sup>d)</sup> tam clare docuit, vt, si vel nulla alia argumenta Principi illi Orationem, in qua describenda jam versamur, vindicarent, in scriptoris huius auctoritate adquiescere possemus. Sed, quem Senatus, aut nasci non debuisse, aut non mori, verissime iudicauit, Imperator quanta diligentia rem tutelarem in melius reformatuerit, satis luculentiter ostendit pulcherrima epistola, a Modestino<sup>e)</sup> seruata, qua, omnem se rationem adhibere subveniendis pupillis, quum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus voluit. Atque hinc tanta decretorum ac rescriptorum in Digestis<sup>f)</sup> maxime obuiorum copia, quibus ista offici parte prudentissime defunctus est Princeps reipublicae utilissimus. Nihilominus nostram Orationem non Seuero soli, sed vna etiam Antonino Caracallae, Seueri filio, adscripsiisse videtur Paullus<sup>g)</sup>, dum, tutores pupilli, sive curatores filii nihil contra Orationem Diuorum Principum fecisse, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam praedium rusticum pupillare vendiderint, respondit. Diu enim Principes, vt iam Augustinus<sup>gg)</sup> recte obseruauit, Paullo non appellati sunt, nisi Seuerus et Antoninus,

quos

- <sup>d)</sup> de Toullieu *Diss. varias exhib.* L. I. §. 1. et 3. D. *Vbi pupilli educi de iure ciuili coniecturas c. 2. in Col-* v. mor. L. I. §. 3. D. de Tute. et  
*lectian. p. 170. fgg.* rat. distrib. L. I. §. 2. D. de Eo,  
<sup>e)</sup> L. 2. §. 2. D. Qui peccant tut. qui pro iuore. L. 37. §. 1. D. Ad  
<sup>f)</sup> Vid. v. c. L. 18. L. 21. §. 1. SC. Trebell.  
D. de Tutor. et curator. datis. L. 7. g) L. vlt. D. de Reb. eor. qui sub  
§. 4. D. de Administr. et peric. cur. tut. v. cur.  
L. 1. §. 7. L. 3. pr. L. 7. §. 2. gg) Augustinus de nominibus pro-  
D. de Suspect. int. L. 1. §. 4. priis τοι Παρθένου Florentini c. 3.  
L. 2. §. 4. 6. D. de Excusat. §. 21. in *Theſ. Orton. T. I. p. 292.*

quos alibi), dum viuerent, nostros Imperatores ab eodem dico consueisse, Schultingius i) animaduertit, nominatim vero iunctos in nostrae legis sententiam rescripsisse tum Paullus k), tum Vlpianus l) perhibent. Quod mouit Iustum Meierum m), ut in ipsa Oratione condenda Antonino aequales cum patre partes deferre non dubaret. Verum enim uero quemadmodum id haud patitur Consulum ab Vlpiano adiectorum ratio, quos in fastis Confularibus ad eos, quibus Seuerus filium in imperii consortium nondum adseuerata, annos referri mox videbimus, ita nec opus est, ut cum Schiltero n) sumamus, Paullum in verbis, quae supra excitauiimus, ad aliam plane Diui Marci Orationem, in inscriptione Cap. XX. D. de Ritu nuptiarum haud dubie v. tio lo) Seuero et Commodo tributam, quae tutorem a nuptiis cum pupilla contrahendis abstinere iussit, resperisse, quum in hac ipsa Oratione nihil omnino de praediorum pupillarum venditione cautum fuisse sciamus. Quomodo igitur Paullum Paullo reddemus, quem alibi et maxime in peculiari libro, ad nos  
Cap. 10. oportet i) oportet si e. diebus nunc stram  
sia scholae, sed etiam populi, etiam etiam  
sia scholae, sed etiam populi, etiam etiam

b) Ut in L. vlt. D. de Hered. in-  
fir. et L. 48. pr. D. de Iure fscit. n) Schilterus Prax. tur. Rom.  
Exerc XXXVII. §. 201. p. 434.

<sup>181</sup> i) Schultingius ad inscriptionem  
Iuli Pauli Senterii recipis praef-  
xam, in Iurisprud. Antieust. p.  
212.

212. c. 3. p. 33. Seueri loco Veri legen-

k) L. 13. D. de Reb. eor. qui sub  
sunt. v. cur. *Philosophum Imp.*  
D. L. 2. S. 12. D. de *Syngrest* *int*.

*L. 3. v. 13. D. ne suspect nisi, tunc illa, testimonia Capitonum in  
Majoris Gallus Argentorum ad vitia Manci. L. 3. v. 13. V. i.*

m) Meierus Colleg Argentorat ad vit. Marci c. 1. et 7. ac Veri c. 4.

*uit. de Reb. eor. qui sub tut. vel cur. clarissime euincunt,*

§. I. p. 128. sq.

stram Orationem scripto, soli eam Septimio Seuero, suppresso Antonini nomine, vindicasse, e variorum fragmentorum p) inscriptionibus et ex indice Florentino constat? Opportune autem nobis in meatem venit elegans Zach. Richteri q) de illo Augustis observatione, interdum constitutionem vni Imperatori tantummodo adsignari, quum duobus tamen debeatur, quarum quin inuertas, et duobus imperii consortibus, quorum nomina Paullus ceterique eius aetatis Iurisconsulti fere semper in ore haberent, constitutionem, cuius alteruter solus auctor esset, facillimo calami festinantis lapsum adscribi potuisse coniicias, eo minus refragabimur, quo saepius rescripta r) ab utroque Imperatore simul in caussis ad regimen pupillare pertinentibus data fuisse recordamur. Quid? quod ipsi Codici Iustinianeo nullam insertam obseruauimus Seueri constitutionem, quae huius Imperatoris solius nomen prae se ferat, quamvis plures, prioribus imperii necdum cum Antonino communicati annis editas ibidem occurriere, vel ex Abr. Wielingii rr) indice eluceat. Nec Diuorum Principum appellatio in Seuero et Antonino a tempore, quo Paullus Responsorum libros euulgavit, aliena fuit, quem adeo Alexandri Imperatoris constitutionem in Libro eiusdem operis XIII. s) adlegasse nouimus, vt proinde idem, qui viuis Augustis ad Seueri Orationem commentatus esset, in alio opere, post utriusque excessum

p) L. 2. L. 4. L. 13. D. de Reb. r) Quae, quoad in Digestis extant, in unum collegit Augustinus  
 extor. qui sub iur. v. cur. q) Richterus Diff. de Oratione Antonini de donationibus inter virum et uxorem confirmandis (Lips. 1759.) l. p. 290. sqq. r) Wielingius Iurisprudentiae rev. 8. p. 31.  
 §. 3. D. de Legat. 2. s) L. 87. §. 3. D. de Legat. 2.

cessum scripto, *Divi* denominationem utriusque Principi adcommode potuerit. Ceterum, quo magis omnes, quod de Septimio Se- vero Sex. Aurelius Victor<sup>t)</sup> quondam iudicauit, eum *leges condidisse longe aequabiles*, etiam in nostram legem cadere intelligent, eo hanc verisimilium cum Ottone<sup>v)</sup> de Papiniani, quo libellorum magistro usus est Seuerus<sup>x)</sup>, consilio profluxisse suspicamur.

## §. 3.

Ex his igitur, quae iam copiosius, quam forte necesse fuit, disputauimus, satis clare adparere arbitramur, sententiam eorum maximam prae se ferre veritatis speciem, qui nostram Orationem a Seuero in Senatu habitam esse profitentur. Quod quo tempore factum sit, etsi rursus Vlpianus<sup>a)</sup> adcurate indicasse videtur, dum, *Tertyllo et Clemente Consulibus*, *Idibus Iunii*, eam recitatam esse memoriae prodidit, tamen nostrum in praesenti erit, tum iporum Consulium nomina, tum annum, cui iste Consulatus conueniat, paullo diligentius inuestigare. Quemadmodum autem in *Tertulli*, seu, vt Graeci scribere solent<sup>b)</sup>, *Tertylli*, et *Clementis* nomina singularia (neque enim, utrum cognomina fuerint, an, quod Henr. Norisio<sup>c)</sup>

faltem

<sup>t)</sup> Victor de Cesar. c. 20.  
<sup>v)</sup> Otto in Papiniano c. 14. §. 3.  
<sup>p. 496. sq. ed. nouiss.</sup>

Theophili Paraphr. tit. I. de SC. Tertulliano, T. I. p. 552. ed. Reitz. et Aeg. Menagiis Amoeniss. iur. ciu. c. 12. p. 74. ed. nou.

<sup>x)</sup> L. 12. pr. D. de Distract. pign. a) L. 1. §. 1. D. de Reb. cor. qui sub. iur.  
<sup>b)</sup> Vid. Car. Annib. Fabrotus ad Graecu.

<sup>c)</sup> Norisius in Epistola consulari, inserta Thebauri Antiquiss. Rom. Tomo XI. p. 466.

E

faltem de *Tertulli* adpellatione visum est, nomina gentilitia, in tanta nominum sub Imperatoribus eius aeui perturbatione<sup>d)</sup> pronunciarē audemus) praeter Vlpianum et lapidem, in Marqu. Gudie<sup>e)</sup> collectione obuium, nec non subscriptionem rescripti ab Imp. Seuero ad Syluanum dati<sup>ee)</sup>, fastorum auctores antiquiores, quos Petr. Relandus<sup>f)</sup> excitauit, nempe Cassiodorus, Prosper, Chronicon item Alexandrinum, atque fasti Florentini minores, Idatiani et anonymi, consentiunt: ita, qui de reliquis nominibus efferendis cogitauerunt viri docti, in diuersas abierunt partes, aliis, in primis ex Onuphrii Panuinii<sup>g)</sup> sententia, sed sine vlo antiquitatis testimonio, Q. Flauii Tertulli ac T. Flauii Clementis collegium creantibus, aliis, quibus grauior Norisii<sup>h)</sup> praeluxit auctoritas, *Scapulam Tertullum et Tineum Clementem* in horum locum cooptantibus. Ac profecto corpus fabrorum nauium Ostiensium apud Ianum Gruterum<sup>i)</sup> monumentum erexit P. Martio Philippo, quod dicitur dedicatum **III. IDVS APRILIS SCAPVLA TERTVLO ET TINEO CLEMENTE COSS.** Nec aliena est *Scapulae Tertulli* a libris iuris nostri mentio, ad quem Diuus Marcus et Commodus rescriperunt<sup>k)</sup>. Sed videri hunc magis

<sup>d)</sup> Cf. Henr. Cannegieteri *Lib. f) Relandus in Fast. Consular. ad fng. de murara Romanorum nominum A. V. C. 947. C. 195. p. 82. s<sub>4</sub>.*  
*Sub Principibus ratione c. 2. Ibidem*  
*in Addend. p. 272. Tertullum cognomen fuisse ad exemplum Terrioli*

<sup>e)</sup> *Terrio* oriundum, obsernatur.  
<sup>f)</sup> Gudius *Antiquar. inscriptio-*

<sup>num p. 65. n. 2.</sup>

<sup>ee)</sup> *L. 1. C. de His, qui adufs.*

<sup>non pass.</sup>

<sup>g)</sup> Panuinius *Comm. in Lib. II.*  
*Fastorum ad A. V. C. 948 p. 241.*

<sup>h)</sup> Norisius *I. I.*

<sup>i)</sup> Gruterus *Corp. Inscript. Rom.*

<sup>p. 1027. n. 4.</sup>

<sup>k)</sup> *L. 14. D. de Offic. Praef.*

gis Consulis nostri patrem, quam ipsum Consulem, Menagius<sup>l)</sup>, huncque sequito Relando<sup>m)</sup>, libenter concedimus. Eundem tamen cum nostro fuisse *Scapulim* illum, ad quem, postea Africæ Proconsulem, si Iac. Pamelius<sup>n)</sup> recte subduxit rationes, A. V. C.

DCCCCLIII. L. Annio Fabiano et M. Nonio Muciano COSS. Q. Septimi Florens Tertullianus librum pro Christianis misit, a vero propius absit. *Tineiorum* autem memoriam postquam ex imis vestitatis penetralibus eruit docta Caetani Marinii<sup>o)</sup> industria, non est, quod *Tineium Clementem* una cum *Scapula Tertullo* fasces gesisse dubitemus. Quae cum ita sint, temporis, quo vterque Consulata functus, nostraque proinde Oratio in Senatu recitata sit, notam perscrutatur facile nobis a Norisio et Ant. Pagio<sup>p)</sup>, fastorum maxime prisorum, quos adduximus, fide nixis, anno id ab V. C.

CCCCCXXXVIII. post Christum natum vero CLXXXV. ab auspicio denique imperii in Seuerum collati<sup>q)</sup> tertio, factum esse, patimur persuaderi, siquidem diuersitatis, in aliorum scriptorum calculo obseruatae, ratio vnice e diuerso supputandæ, quæ ab Urbe condita inchoatur, aerae modo pendere videtur. Iam, quum Antoninus, Seueri filius, anno demum insequentes Caesar, et triennio

E 2

post

<sup>l)</sup> Menagius *I. l. c. 31. p. 176.* ac Fratelli Arvali (*Rom. 1795. 4.*)  
<sup>ad.</sup> nouiss.

<sup>P. II</sup> p. 654. *Sq.*

<sup>m)</sup> Relandus *I. l. p. 82.*

<sup>p)</sup> Pagius *Critica in annales ecclesiasticos Baronii ad a. 195.*

<sup>n)</sup> Pamelius *Vit. Q. Sept. Flor.* <sup>q)</sup> Quæ in Idus Aprilis A. C. Terrulliani ad A. C. 202.

CLXXXIII. incidere, Pagius *ibid. ad*

<sup>o)</sup> Marinius *Gli Atti e Monumenti* a, 193. monuit.

post Augustus nuncupatus fuerit, ut idem Pagius<sup>r)</sup> prolixius demon-  
stravit: soli vtique Seuero nostrae legis gloriam deberi, manife-  
fatum est.

## §. 4.

Ne vero aliquid in tractatione nostra omisisse videamur, quod ad indolem legis cognoscendam vniuerse pertinere possit, paucis ad-  
huc genus, ex quo fuit, et nomina, quibus insignitur, adiiciamus.  
Ac genus quidem quamquam Vlpianus, cui vni, quidquid de legis  
ipsius argumento innotuit, debemus, Orationis in Senatu recitatae  
mentione facta, clarissime indicavit: illud tamen haud inepte qua-  
ritur, vtrum ipse Seuerus ea de re ad Senatum retulerit, an absens  
per Quaestorem Candidatum Orationem recitari curauerit? id, quod ab Imperatoribus, quo minus ipsi ad Senatum dicerent, impeditis,  
subinde factum esse, grauissimum autorem habemus Io. Frid. Ma-  
gerum<sup>a)</sup>, cuius propensum in liberalem doctrinam gratia  
mente praedicare nuper admodum sustinuimus. Ut igitur cum Lud.  
Sebast. Nano Tillemontio<sup>aa)</sup> in posteriore sententiam discedamus,  
mouent maxime rationes, quibus Pagius<sup>b)</sup>, Spartanum et Herodia-  
num sequutus, Seuerum intra triginta dies, quam Romam imperii  
a militibus delati capeſſendi cauſa venerat, profectum, eo autem,  
quo Oratio nostra habita fuit, anno in expeditione aduersus Os-  
droenos, Arabes et Adiabenos occupatum, non prius, quam  
A. C.

<sup>r)</sup> Pagius *ibid. ad a.* 198.

pereurs T. III. P. I. dans l'Empereur

<sup>a)</sup> Magerus *Diff. de Candidatis Severi Art.* 17. p. 60.

*Principis* (Lipz. 1733. 4.) §. 14. <sup>b)</sup> Pagius *k. l. ad ann.* 193. 195.

<sup>aa)</sup> Tillemontius *Histoire des Em-* et 196.

A. C. CLXXXVIII. ac proinde triennio post, in Urbem rediisse, probauit. Quidquid sit, Orationem Senatusconsulto pro more illorum temporum c) fuisse confirmatam, tum partes, quae Senatus in eo iure sanciendo passim d) tribuntur, tum promiscuae Senatusconsultie e), nec non Decreti Amplissimi Ordinis f) adpellationes aperte docent. Nullum autem frequentius Orationis, aut Orationis Diui Seueri nomine g). Audit etiam modo lex h), modo constitutio i), exemplo quidem minime nouo k), ex quo Senatusconsulta, siue quod in legum locum successerant, sine quod Senatus iussu Principum decernere consueverat, ab vtraque iuris scripti specie aliquid traxerunt.

E 3

Quod

c) De quo nemo rectius iudicavit Reinoldo Observationum iur. ciu. interpretationi Codicis praemissarum c. I. in Opuscc. p. 393. sqq. Reliquo

rum, qui de hac re exposuerunt, indicem dedit Püttmannus Lib. III. Aduersar. iur. ciu. c. 3. not. b. p. 32.

d) Ut in L. 5. §. 9. D. de Reb. sor. qui sub iur. et L. 5. C. de Praed. et al. reb. min.

e) L. 9. L. 10. L. 12. D. et L. 1. L. 7. L. 8. L. 11. L. 15. L. 16. L. 17. C. eod. L. 2. C. Si aduers. donaz. L. 3. C. Si quis ignor. rem min.

f) L. 2. C. Si quis ignor. rem min.

g) L. 1. pr. §. 1. inscript. L. 2.

L. 3. §. 5. inscr. L. 4. L. 5. pr. §. 4.

et vlt. L. 6. L. 8. §. 1. 2. inscr.

L. 13. ac L. vlt. D. de Reb. cor. qui

substit. L. 9. C. de Praed et al. rel. min.

L. 2. C. de Curaz. furios.

b) L. 49. D. de Minor. L. 13.

§. 2. D. de Public. in rem act. L. 16.

pr. D. de Pignor. act.

i) L. 12. §. 4. D. de Publ. in

rem act. ad quam cf. Fabri Lib. II.

Semestr. c. 15. p. m. 246.

k) Vid. Ge. d'Arnaud Lib. II.

Var. Coniectur. c. 20. Bachii Lib. III.

Hist. iurisprud. Rom. c. 1. scđt. 2.

§. 17. p. 338. sq. ex ed. Aug. Corn.

Stockmanni, Viri Ill. et Richteri

Diff. de Oratione Annonini de dona-

tionibus inter V. et V. confirmandis

§. 10.

Quod autem in ipsis Senatusconsulti, Orationem sequuti, verbis legitimis restituendis, ut alii fecerunt, nullam operam posuerimus, id quidem neminem nobis vitio versum speramus, qui, excepta temporis et auctoris notatione, in formulis Senatusconsultorum initialibus, a Brissone<sup>1)</sup> aliisque studiose collectis, nihil, quod singulare sit, occurtere, reliqua vero omnia praeter sententiam Orationis ab Vlpiano expressam de vero huius Senatusconsulti argumento ignorari, meminerit.

Constitueramus ab initio, tertium, quod *interpretationem Senatusconsulti, in primis ex sententia Iurisconsultorum et Principum Constantino M. anteriorum exhiberet, commentationis caput addere*. Quod quemadmodum luxurie quaestionum, ut cum Ottone loquamur, facile superaturum fuisset priora, ita occasionem praebere potuisset pulcherrimam, ex ipsis rerum argumentis ostendendi, tum quam rationem veteres Iurisconsulti in interpretandis illustrioribus doctrinas suae fontibus tenuerint, quo nullam, nisi fallimur, vel aptius, vel praestantius in toto iure ciuili exstat documentum commentariis ad huius potissimum legis verba fere singula, speciesque, quae sub ea cadant, tantum non omnes diligentissime scriptis, tum, cuiusmodi fuerint constitutiones Imperatorum Constantino M. superiorum, quas vulgo, sed pessime, eiusdem cum sequioris acutis sanctionibus principa-

<sup>1)</sup> Brissone Lib. II. de formulis et sollemibus Populi Rom. verbis c. 72. p. 180. sq. ed. nouiss.

cipalibus indolis esse somniant. Sed has pluresque alias obseruationes, sicut duo postrema huius scriptiunculae capita, quorum alterum *Conflantini M. legislationem*, recentiorum Principum editam alterum complectetur, quemadmodum in opportunius tempus differri rerum nostrarum ratio flagitauit: ita in praesenti asquos et intelligentes periculi huius qualiscumque arbitros, ut, si quas ei siue conjecturas, siue interpretationes grauissimo suo iudicio minus dignas inesse repererint, aetati iuuenili ignoscere, siveque ad maturiora aliquando audenda indulgentia sua excitare nos velint, ea, quae nostrae fortis homines quum maxime decet, modestia rogatos cupimus.

VIRO



V I R O

ANIMI ET INGENII DOTIBVS

ORNATISSIMO

GODOFREDO GVILIELMO HERMANNO

P R A E S E S

**Q**uod de *Messala* olim, adolescente ad summa quaeque in republi-  
ca, bonis omnibus fauentibus, pleno gradu contendente, *Tullius*,  
tanta eum esse industria, tantumque euigilare in studio, ut non  
maxima ingenio, quod in eo summum sit, gratia habenda vi-  
deatur, iudicauit, id sine adulatio[n]is suspicione in *TE*, HER-  
MANNE CARISSIME, transferri posse, facile intelligent, qui  
cumque prope pertinax illud studium, laboremque adsiduum, quo in-  
genium ad omnia praeclara factum in litteris, quae ab humanitate  
nomen verissime sortitae sunt, addiscendis colendisque inde a puero  
exer-

exercuisti, mecum cognoverunt. Quam industriae laudem ad iuris disciplinam conuersus quanta cum dignitate tuitus fueris, quemadmodum ipsum, quod adcurate abs TE conscriptum mox a doctis doctrinorum virorum diffusionibus strenue es defensurus, eruditionis specimen clarissime ostendit: ita tantum abest, ut praeter argumenti delectum meae in adornando eo partes illae fuerint, ut incredibili TVAE diligentiae et exquisitiae doctrinae totum deberi, ex animi sententia profitear. Cui, si ea, qua coepisti, via perrexeris, quo minus praemia deerunt amplissima, eo magis Patri TVO Magnifico atque Perillustri, cuius insigni aduersus me meosque indulgentiae, innumeris beneficiis illustratae, profectio non potuisset addi fastigium splendidius iudicio summe honorifico, quo me in arctiorem sollemnitatis TVAE societatem vocauit, Patri, inquam, TVO, et Matri, Matronae Nobilissimae, gratulandus est filius, domesticis exemplis ad eam virtutis excellentiam nutritus, quae uberrimam solidi de iucundissimis liberis gaudii materiam Parentibus, etiam hac in re ceterorum fortunas facile superantibus, praebeat. Quam officii mei partem tanto ego duco suauorem, quanto mutuae benevolentiae confirmandae aptiorem esse sentio lucu-

F

lentam

lentam prolixae TVAE in me voluntatis significationem, quae hanc ipsam ad TE scribendi exoptatissimam opportunitatem suggerit. De me enim sic habe, quo amore TE hucusque complexus sum, eo nec in posterum cuiquam me esse cesserum. Vale, VIR AMICISSIME, meque, quod facis, vici sim ama!

Scrieb. in Vniuers. litter. Lipsiensi a. d. XV. M. Sept. A. C.

CCCLXXXVIII.

VD18

56.





1798, 11.

, 12.

HISTORIAE  
IVRIS CIVILIS ROMANI  
DE REBUS EORVM

QVI SVB TVTEL A VEL CVRA SVNT

SINE DECRETO

NON ALIENANDIS VEL SVPPONENDIS

SPECIMEN PRIVS

